

Alte Drucke

LEXICON || THEOLOGICVM || COMPLECTENS || VOCABVLORVM DESCRIPTIONES, || Diffinitiones & interpretationes, omnibus sacræ Theologiæ stu-||diosis, ac ...

Altenstaig, Johann

Venetiis, [1579/1580]

De litera Y.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150260

sto plura supra in litera C. Et à Christo, deriuatur Christianus. Dicuntur autem Christiani potius à Christo quam à Iesu, & ideo, quia Iesus est nomen diuinitatē Christi respiciens. Dicitur enim Iesus, id est saluator, saluare autem Dei propriū est. Sed nomen Christus, id est vnctus cōuenit Christo ratione humanitatis, in quo communicat nobiscum. Vnde Christiani sunt vncti tanquam pugiles contra mundum, carnem & diabolum pro Christo rege. Alias ponit rationes secundum doctores frater Pelbartus libr. 2. Rosarij. Theol. in dictione CHRISTVS. Itē Christianus est imitator Christi, sed quod possibile est homini verbis & operibus & intentione rectē & sine querela credens in Deum & sanctam trinitatem. Sed non tenemur Christum imitari in operibus diuinis: puta, miraculis faciendis, ergo non denominamur à Iesu, quod ratione diuinitatis conuenit Christo. Sed quia tenemur in operibus bonis & virtuosus, ideo à Christo nomen habemus, quod est competens ratione humanitatis. Et sicut habemus nomen à Christo vt dicamur Christiani, ita opere & non nomine solum simus Christiani, vnde & Hieron. in testa. Frustra nomen Christianū habet qui operibus diabolū sequitur. De nomine Christus vide aliās plura. Et Christianus ille est (vt refert Prapositus Gabr. sermo. 1. de dedicatione post beatum Augu.) qui vitam Christi sequitur, qui Christum in omnibus imitatur, sicut scriptum est, qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Christianus est qui Deo die noctūque seruit, qui eius praecepta indefinenter meditatur & cogitat, cuius omnis spes in Christo, qui caelestia potius quam terrena desiderat, qui humana spernit vt possit habere diuinā. Plura ibi Gabr.

De litera Y.

Y GRAECA est litera, & in Graecis scribitur dictionibus, non Latinis, & vocatur ypsilon. Idcirco paucae sunt dictiones quibus utimur in Theologia scriptae litera y. Quia

dam ydeam scribunt y, sed reperio scriptum litera Latina L. de quo suo loco dictum est.

POSTASIS quidam sic scribunt, ego cum aspiratione scriptum inuenio, ideo quare in litera H. in fine.

De litera Z.

ZELOTYPHA est aegritudo animi ex eo proueniens quod timeat ne assit alteri, quod cum nemine velis habere commune, secundum Chrysippum. Qui igitur ita amat, vt sollicitus sit ne quis amore suo perfruat, zelotypus est. Et zelotypia oritur ex amore non patiente consortiū in re amata, secundum Beatum Tho. 1. 2. q. 28. art. 4. Et zelotypia secundum Gerson in regulis moralibus de superbia est vehemens amor, suspiciosus non satis fidens de re amata, & aliā suspensiones maleuolae, vt dum aliquis semper putat irrideri & falli, in quales quidam malancholici & quidam ex religiosis facilliter cadunt si non reprimantur, sed si addatur consensus liber, sunt vt plurimum mortalia delicta, aut mortalium delictorum vehemens causa. Deum quoque esse plenum zelotypia idem ostendit Gers. part. 4. serm. de conceptione Mariæ virginis. Non enim vult te vllam aliam rem amare plus quam se, ne in presentia sua facias fornicationem vel spirituale adulterium diligendo infernalem inimicū, & iaceas inter brachia eius per iniquā delectationem peccati mortalis, videtur ei quod merito sup. oēs alios dignus sit amari, &c. Vel dicitur zelotypus vel zelotes hoc est æmulator vel amator Dñs noster, quoniam ita nos amat vt nolit fornicari post deos alienos.

ZODIACVS & si post diffinitionem zelus secundum ordinem literarum poni deberet, sed quia vocabulum plus Astrologicū est quam Theologicum, nō claudat hoc opus Theologicum. Et dicitur zodiacus circulus in cœlo. Et dicitur zodiacus secundum Bedam de imagine mundi, vbi ait: In medio firmamētū inquit sunt duodecim signa per transversum posita, aliquid per circuitum distincta. Horum dispositi.